Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uentus contrarius eis. Et circa quartam uigiliam noctis uenit
ad eos ambulans super mare: et uolebat preire eos. Illi autem
uiderunt eum ambulantem super mare. putauerunt fantasma esse:
et exclamauerunt. Omnes enim eum uiderunt: et conturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite: ego sum noli
te timere. Et ascendit ad illos in naue: et cessauit uentus.
Et plus magis intra se stupebant. non enim intellexerant de
pannis. Erat enim cor illorum excecatum. Et cum transfretassent pue
nerunt in terram genesareth: et applicuerunt. Cumque egressi essent
de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam
regionem illam: coperunt in grabatis eos qui se male habebant
circumferre. ubi audiebant eum esse. Et quocumque intrabat in uicos
uel in uillas aut in ciuitates. in platis ponebant infirmos: et
deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot
tangebant eum. salui fiebant. Dominica prima in xl. Ad Corinth.

Fres. Hortamur uos: ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Sicut
enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te.
Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Semini da
tes ullam offensionem. ut non uituperetur ministerium meum: sed in omni
exhibeamus nos metipsos sicut dei ministros in multa patientia: in tri
bulationibus. in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditio
nibus. in laboribus. in uigiliis. in castitate. in scientia. in longanimi
tate. in suauitate. in spiritu sancto. in caritate non ficta. in uerbo ueritatis.
in uirtute dei: per arma iustitiae a dextris et a sinistris: per gloriam et igno
biliam: per infamiam et bonam famam: ut seductores et fideles: sicut
qui ignoti et cognoti: quasi morientes: et ecce uiuimus: ut castigati et non mortificati: quasi tristes. semper autem gaudentes: sicut
egentes. multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes. et
Sed illi ait. Ductus est ihesus in desertum Sancto euangelium
omnia possidentes.
a spiritu: ut temptaretur a diabolo. Et cum ieunasset quadragita diebus
et quadragita noctibus: postea esuriuit. Et accedens temptator dixit ei.